



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Auctoritas eius apud domesticos. 276

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

nisi erubesceret calamus, prom-  
 tum foret ostendere, Religio-  
 nē, mores; Gymnasia, tēpla, cœ-  
 nobia; vrbes, prouincias, Regna;  
 non postremam ab hac eius fami-  
 lia opem accepisse: solamque hæ-  
 resin & stygem ei bellum & indi-  
 xisse & fecisse. Sed hæc talia scri-  
 bere verecundia mea non sinit;  
 vix permittat audire.

276 Corollariū attexā, & quā  
 præclarè de I G N A T I O adhuc su-  
 perstite senserint multi, osten-  
 dam. Nam de familiaribus qui-  
 dem, Franciscus illum Xauc-  
 rius ita coluit, vt nomen eius au-  
 tographum in sinu circumferret,  
 ceu alexicacon vincendis qui-  
 busuis periculis factum. Qui ad  
 eundem ex Indijs litteras datu-  
 rus, in genua se demittere et-  
 iam consuevit: argumēto, quan-  
 ti apud Franciscum I G N A T I V S  
 esset. Porro qui primus est olim

O 3 inter

inter Socios adlectus, Petrus Faber, vir quem posset etiam IGNA-  
 TIUS admirari; hic illum sibi  
 alijsque exemplum virtutis, &  
 sanctitatis ideam constituebat.  
 Iacobus autem Laines, & Fran-  
 ciscus Borgias, quos IGNA-  
 TIO successores dedit Societas, mul-  
 tis egregiè testati sunt, quanti pa-  
 rentem facerent. Horum alter,  
 e adicebat DEVM in animo IGNA-  
 TII ornamenta cernere, quibus  
 mirificè capiatur; eaque propter  
 tantaquotidie in socios illum,  
 beneficia profundere. Alter, eius  
 visendi colloquendi que gratiâ.  
 Romam contendere; & primis  
 Sacris operaturus, in domo Lo-  
 iolæa facere; terramque IGNA-  
 TII natalem deosculari gestie-  
 bat.

277 Externos autem eius ad-  
 miratores, viros multos ac ma-  
 gnos nouimus. In his Pontifi-  
 ces